

# TABVLA III. EVROPAE

Hę sunt e cognitis totius orbis Prouintijs seu Prefecturis  
 quas tertia Europeę tabula complectitur.

Gallia Aquitana  
 Gallia Lugdunensis  
 Gallia Belgica  
 Celtogallia Narbonensis



**T**ERTIA Europeę tabula continet Gallias, in quatuor prouintijs, cum insulis sibi adiacētibus. Medius ipsarū parallelus ratio-

nem habet ad meridianū, quam duo ad tria.

Circumscribitur autē tabula

Ab ortu Italia et Rhetia ac Germania

A meridie mari Gallico.

Ab occasu montibus Pyrenęis, & Oceano Aquitanico.

A septentrionibus Oceano Britanico.

Aquitanię Celtogalatię.

Mediolanium maximā diem habet hor. 15  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor.  $2\frac{1}{3}$ .

Burdigala maximā diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor.  $2\frac{1}{2}$  &  $\frac{1}{3}$  fere.

Lugdunensis Gallię

Augustodunū maximā diem habet hor. 15  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor.  $2\frac{1}{3}$  &  $\frac{1}{6}$ .

Lugdunū maximā diē habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ .

Et distat ab Alexandria, versus occasum, hor.  $2\frac{1}{2}$  &  $\frac{1}{3}$  fere.

Belgię Gallię

Rigiacū maximā diē habet hor. 16  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor.  $2\frac{1}{2}$  fere.

Durocorturū maximam diem habet hor. 16  $\frac{1}{8}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor.  $2\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ .

Narbonensis Celtogalatię

Massilia maximā diē habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor.  $2\frac{1}{3}$ .

Narbon & ipsa maximā diem habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor.  $2\frac{1}{2}$   $\frac{1}{10}$ .

Vienna maximā diē habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor.  $2\frac{1}{2}$  &  $\frac{1}{2}$ .

Neumasus maximā diem habet hor. 15  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor.  $2\frac{1}{2}$ .

## AREA TABVLAE.

Tertia ergo Europeę tabula continet a paribus 15 vsq; ad partes 29  $\frac{1}{2}$ . Fitq; Lōgitudō partiū 14  $\frac{1}{2}$ . Latitudo vsq; a partibus. 4. vsq; ad partes. 54. Ita vt Latitudo partium fiat. 17.



Septim<sup>9</sup> parallel<sup>9</sup> h<sup>9</sup> diem  
maiores h<sup>9</sup> 17

Sext<sup>9</sup> h<sup>9</sup> diē ma<sup>9</sup> h<sup>9</sup> 16 1/2

Quint<sup>9</sup> h<sup>9</sup> diē h<sup>9</sup> 16

CIMA 7

Quart<sup>9</sup> pal<sup>9</sup> h<sup>9</sup> h<sup>9</sup> 15 1/2

CIMA 6

Tert<sup>9</sup> h<sup>9</sup> h<sup>9</sup> 15 1/4

13 14 14 16 17 18 20 21 22 23 24 24 26 27 28 29

Miliana 30

53

42

41

40

49

48

47

46

44

44

43

13

14

14

16

17

18

19

20

21

22

23

24

24

26

27

28

29

43

42

41

40

49

48

47

46

44

44

43

43

43

43

43

ALBIONIS INSVLE PARS

OCEANVS BRITANIC

OCEANVS AQTIVANIC

HISPANIE PARS

Morini Tongri Lugodunū

Ambia Taruana Anaa

Samuobriga

Beluaa

Metraz Cefaromago

Atributy

Vbanecti BEL

GALLIA

Vessones

Augusta Vesomum

parisy

Triasny

Semnones

Tuery

GALLIA

Segusiaci

Volca Area

NAR

BO

Segalau

Canary

Sahies

Tarusai

Glan

Amalau

Blafon

Menapij

Castella

La bu da

Nerushy

Romandi

GICA

Augusta Romandoz

Terberi

Augusta Triberoz

Mediomatrites

Leuci

Lugones

Viſontū

Sequam

Vienna

Alobriges

Vocontij

Vasion

Menun

Eluobi

Allrugata

Angialu

Massilia

Turocentū

Blafon

Agathin

GEMANIE PARS

Germania inferior

Germania Superior

Eluey























Antipol

Antipol

Antipol

Antipol

Antipol







## TABV. III EVRO.



**G**ALLIA appellata a candore populi. Gala enim lac dicitur. Triplex est, Tonsa siue Togata, quę et Cisalpina dicitur, sed Italię finibus includitur. Comata cognominat omnis transalpina Gallia. Eam in tres provincias, a tribus populorū gentib⁹, historici diuiserūt, Belgicam videlicet, Celticā, & Aquitanicā. Terminos illarū ita statuētes, vt a Scalde, ad sequanam Belgica sit dicta. Mox Celtica ab eo ad Garundam, quę eadem est, & Lugdunē. Inde ad Pyrenęi excursum Aquitanica, olim Aremonica vocata. Gallię populos Greci cōmuni appellatione, olim ab eorum regis nomine Celtas dixere, & ab illius matris nomine Galatas. Franci hodie vocantur a Francis Germanię populis, a quib⁹ olim fere tota subacta est. Cesar dictator, omnes Gallicas gentes, lingua, legibus, & institutis, inter se differre dixit, multā tñ multis cōmunia esse, vt factiōes exercere, quę non solum in ciuitatibus & pagis, sed et in singulis pene familijs vulgo reperiantur, vt qui ingenio et opibus polleant, inter se de principatu contendant, vt cūcta suo potius, q̄ alteri⁹ arbitrio fiant. Quod vt gētile, ita ver⁹ esse, nec temere institutū videri, vt tuta plebs esset, a potētiorē iniuria, nusquā gētiū plebs alioq̄ contēptior, quippe quę olim seruitij pene loco haberetur, oīs publici cōcilij expers, pleriq; tributorū, aut alieni æris magnitudine grauati, vulgo soliti, se nobiliorib⁹ addicere, vt a ceterorē iniuria tutiores essent, omnes in eos iura, vt in seruos habituris. Duo hominū genera in precipuo honore esse, Equites & Druides. Alij Bardos & Vacies Druidibus adijciūt. Quorum hij naturalium rerum causis dediti essent inuestigandis, illi laudationibus & poeticis rebus. Mira foeminarū Gallicarū foecunditas, vt ter centū et amplius armatorū milia, gens vna Belgica, ad bellum olim mitteret. Victoria supra, q̄ dici possit, vincentibus leta, victis stupor. E prelio decedentes, ceruicibus equorū, hostium capita suspendunt, eaq; domū delata, vt sint spectaculo, postibus affigunt. Illustriū virorum capita, cedrinis condientes odoribus, peregrinis ostentant.

Si p̄sentis  
 l̄m̄z fl̄z p̄



# TABVLA .III. EVKROPAE.

Hę sunt cognitis totius orbis Prouincijs seu Prefecturis  
quas quarta Europę tabula complectitur.

Germania magna.



**Q**UARTA Eu  
ropę tabula con  
tinet Germaniã  
magnam, cum  
insulis sibi adia  
centibus.

Medius ipsius  
parallelus ratio  
nem habet ad meridianum, quam tria  
ad quinque.

Terminatur autem tabula  
Ab oriente Iazygibus, Netanastis, et  
Sarmatia Europę.

A meridie Rhetia, & Norico, & dua  
bus Pannonijs.

Ab occasu Gallia Belgica, per Rhenũ  
fluum.

A septentrionibus Germanico oceano.

Germanię ciuitates insignes

Amasia maximã diẽ habet ho. 16  $\frac{1}{2}$  12.

Et distat ab Alexãdria versus occasum  
horis duabus fere.

Luppia maximã diem habet horarũ  
16  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus  
occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .

Rhobodunũ maximam diem habet  
hor. 16. Et distat ab Alexãdria versus  
occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .


Scandia insula maximam diem habet  
hor. 18. Et distat ab Alexandria versus  
occasum hor. 1.


## AREA TABVLAE.

Quarta Europę tabula continet a par  
tib<sup>9</sup>. 27  $\frac{1}{2}$ . vsq; ad partes. 46. Fitq; Lon  
gitududo partium. 18  $\frac{1}{2}$ . Latitudo autẽ a  
partib<sup>9</sup>. 46  $\frac{1}{2}$ . vsq; ad partes. 59  $\frac{1}{2}$ . Fitq;  
Latitudo partium. 13  $\frac{1}{2}$ . 4









## TABV. III EVRO.



**M**AGNAE Germaniæ situs in hac tabula comprehenditur. Quapropter de ea aliquid hic præferre licet. Germania igitur regio, adeo amœna est, adeo pulcherrimis, nitidissimisq; urbibus, castrisq; & pagis, passim exornata, ut nec Italiæ, non Galliæ, non Hispaniæ, ipsa cedat. Coelum satis clemens habet, campi fertilitatem optandâ. Sunt colles aprici, nemora opaca, frumentorû abundantiâ, vitiferi montes, clarissimi amnes, Rhenus, Danubi<sup>9</sup>, Moganus, Albis, Neccharus, Sala, Odera, Et alij q̄ plurimi riuu limpidissimi, totâ terrâ rigantes. Sunt fontes dulcis aque, sunt termæ calide, sunt minere salis plurimæ. Metallorum item fertilitate, nullis terris cedit, Vniuersa Italia, Gallia, Hispania, argentum ex Germaniæ negociatoribus fere omnes habent, metallaq; non parum multa, nec auro est priuata. Dicta autem est Germania, recētiori appellatiōe, q̄ eius populi fere omnes inter se, perinde ac fratres, pares existerent, tum corporû dispositione, tum moribus, atq; viuendi ritibus. Prius Teutonia, a Tuiscone Noe filio, et Alemania, a Manno, eius filio, qui gentis authores cōditoresq; memorantur, vocitata fuit. Quis pleriq; gentē indegenâ, id est, inde genitam, nec aliunde prouectâ, arbitrent. Prælium inrituri Germani, sacrum hymnû Herculi canebant, quem volebant aliquâdo in eam terrâ venisse, graui & terribili sonitu, non dissono, ceteris ad terrorem quesito, pugnam capessabant. Truces oculi pluribus, ac cerulei, rutilæ comæ, procerâ corpora. Ad primos imperus subita & præceps natura. Cæterum laborum operumq; impatientes, Sitim & estum, ut Galli, non ferunt, frigorû patiētissimi. Auri & argenti his olim nullus vsus. Argentea vasa eorum legatis data, aut principib<sup>9</sup> muneri missa, non minori contemptu, q̄ fictilia tractabant. Secus autem modo euenit, nam præ cæteris id genus metallorû amant, et pro eis acquirendis, animam & corpus difficultatibus tradunt.



# TABVLA · V · EVROPAE

Hę sunt e cognitis totius orbis Prouintijs seu Prefecturis  
quas quinta Europe tabula complectitur.

Rhetia & Vindelicia.  
Noricum.  
Pannonia superior.  
Pannonia inferior.  
Illyris.  
Liburnia.  
Dalmatia.



EVROPAE  
tabula quę cō  
plectitur Rhetia,  
& Vindelicia,  
& ac Noricū,  
duasq; Pannonias,  
& totam Myridem, cum

insulis sibi adiacentibus.  
Medius eius parallelus rationē habet  
ad meridianum, quā quadragintaria  
ad sexaginta.

Circumscribitur autē tabula

Ab oriente Iazygibus, Metanastis, et  
Myfia superiori.

A meridie parte Macedonię, & sinu  
Adriatico, & parte Italię.

Ab occasu parte Gallię.

A septētrionib; Germania, per fluuiū  
Danubium.

## Rhetię

Brigantiū maximā diē habet hor.  $15 \frac{2}{3}$ .  
Et distat ab Alexandria versus occasum  
horis duabus.

## Vindelicię

Augusta Vindelicorū maximā diem  
habet horarū.  $15 \frac{1}{4}$  fere. Et distat ab  
Alexandria versus occasum hor.  $1 \frac{1}{2}$ .

## Norici

Aredate maximā diē habet hor.  $15 \frac{2}{3}$ .  
Et distat ab Alexandria versus occasum  
hor.  $1 \frac{1}{2}$ .

Iulium Carnicū maximā diem habet  
hor.  $15 \frac{1}{2}$ . & quid parum. Distatq; ab  
Alexandria versus occasum hor.  $1 \frac{1}{2}$ .

## Pannonię superioris

Petonium maximam diem habet ho.

$15 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus  
occasum hor.  $1 \frac{1}{2}$ .

Sacarbantia maximā diem habet hor.  
 $15 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus  
occasum hor.  $1 \frac{1}{2}$ .

Emona maximam diem habet hora.  
 $15 \frac{1}{2}$  & aliquid plus. Distatq; ab Alexā  
dria versus occasum hor.  $1 \frac{1}{2}$ .

## Pannonię inferioris

Serbinum maiorem diem habet hor.  
 $15 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria, versus  
occasum hora  $\frac{1}{2}$ .

Sirmium maximam diem habet hor.  
 $15 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus occa  
sum hora. 1.

## Illyridis

Iadera Liburnię maximā diem habet  
hor.  $15 \frac{1}{2}$ . fere. Et distat ab Alexandria  
versus occasum hor.  $1 \frac{1}{2}$ .

Sidrona maximam diem habet hora.  
 $15 \frac{1}{2}$  fere. Et distat ab Alexandria ad  
occasum hora. 1.

Salonę Dalmatię maximā diē habet  
hor.  $15 \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria versus  
occasum hora. 1.

Narbona maximam diem habet hor.  
 $15 \frac{1}{4}$  fere. Et distat ab Alexandria versus  
occasum hora. 1.

Scardona insula maximā diem habet  
hor.  $15 \frac{1}{2}$  fere. Et distat ab Alexandria  
versus occasum hor.  $1 \frac{1}{2}$  fere.

## AREA TABVLAE.

Quinta Europe tabula cōtinet a parti  
b;  $29 \frac{1}{2}$ . vsq; ad partes. 47. Et fit Lōgi  
tudo partiu.  $17 \frac{1}{2}$ . Latitudo a partib; 41  
vsq; ad. 48. Ficc; Latitudo partiu. 7.



MAGNE GERMANIE PARS

IAZIGV METANA STARZ PARS

PANONIA SVPERIOR

PANONIA INFERIOR

NORICV

RETIA

VINDELICIA

HISTRIA

SINVS ADRIATICVS

ITALIE PARS

MARE LIGVSTICVM

CYRSICE PARS

MACEDONIE PARS

DALMATIE PARS

MYSIE SUPERIORIS PARS

ANIE PARS



39 40 41 42 43 44 45 46

## TABV • V • EVRO •



VPREMA portio totius Germaniæ Sueuia est, duobus clarissimis fluminibus, Rheno, et Danubio irrigata. Quorū alter modico fluxu in occidentem Oceano miscetur. Hic e diuerso in orientē per innumeras gentes volutatus, pontum influūt. Terra partim plana, partim montosa. Ager fertilis,

cui⁹ nulla pars inculta iacet, preter, quā aut lacus, aut montes, vel siluę occupant. Nemora in ea multa, & ob id genti venatio frequens, aucupiū peculiare, frumentorū abundantia, pecorum magna vis. Cōualles plurimę, perennis riuus, clarissimi vndiq; amnes porcurrunt, qui se vniuersi in Rhenum & Danubiū exonerāt. Tota insuper prouintia salubritate gaudens, celebratissimis vrbibus, vicis, et castellis refertis. Arces excelse, natura & arte munitę. Et (quod ad Christianā religionē ptinet) pulcherrimis atq; ditissimis templis, collegijs, monasterijs variorum ordinum, sexus vtriusq;. Basilicis, parrochialibusq; ecclesijs est exornata. Circa montes ferrū, argentū, & metalla procreat. Gens populosa, fortis, audax, et bellicosa, procerā corpore, flauo crine, venustafacie, & decora. Ingenio singulari predita, præstantissima Germanorum a Plutarcho dicta.

### DE BAVARIS.

BAVARIA Germaniæ prouintia, ab Auaribus Hunnorū reliquijs, qui Noricis expulsis, in ea terra confedere, adiecta B littera, appellata. Baioaria etiam a Baijs cisalpinę Gallię populis, his locis aliquando moratis dicitur. Noricū olim fuit. Hungariā ab oriente habet, ab occidente Sueuiam, a meridie Italiam, a septentrione Franconiam atq; Boemiam. Danubio insigni fluuio ex Sueuia profluente irrigatur. Austriā, Styriam, & Carinthiam in se comprehendit, q̄ ijdem fere homines, ijdem moribus atq; lingua vtantur. Noricis præterea finibus quondam contenti erant. Beatus Lucius Britannię rex primū, deinde Rupertus, vltimo Bonifacius Mogūtinus archiepiscopus Christianā pietatem edocuit. In quatuor episcopatus Bauaria diuiditur. Saltzburgen. Patauien. Phrisingen. & Ratisponen. Nulla Germaniæ prouintia pluribus, cultioribusue vrbibus illustratur. Gētis mores, viuēdiq; instituta, ex legib⁹, quas orthodoxa fide recens suscepta habuere, cognosci possunt. Victus eorū caules et porcorum carnes, quorū capitibus specialiter oblectant in conuiujs.

# TABVLA .VI. EVROPAE

Hę sunt e cognitis totius orbis Prouintijs seu Prefecturis  
quas sexta Europę tabula complectitur.

Italia.  
Cyrenos insula.



**S**EXTA Eu-  
ropę tabula con-  
tinet Italiã totã,  
et Cynum in-  
sulã, cū insulis  
Italię adiacenti-  
bus.

Parallelus ipsi<sup>9</sup>  
medius rationē habet ad meridianū,  
quam tria ad quatuor.

Terminatur autē tabula

Ab ortu sinu Adriatico, & Ionio pe-  
lago.

A meridie, partē Adriatico, et Tyreno,  
necnon Ligustico mari

Ab occasu Alpiū montibus, qui iuxta  
Galliam sunt.

A septētrionibus alpiū, qui sub Rhe-  
tia & Vindelicia sunt, montibus, ac  
Alpino mōte, qui sub Norico est, vo-  
caturq; Caruāga, et parte sinus Adria-  
tici.

Insignes Italię Ciuitates

Rhoma regia maximam diem habet  
hor. 15 1/2. Et distat ab Alexandria versus  
occasum hor. 1. 1/2.

Nicea Massiliensium maximā diem  
habet hor. 15 1/4. Et distat ab Alexādrīa  
versus occasum hor. 2 1/2.

Tarracīnę maximā diem habēt hor. 15.  
Et distāt ab Alexādrīa versus occasum  
hor. 1 1/2.

Neapolis maximā diem habet hor. 15.

tere. Et distat ab Alexandria versus oc-  
casum hor. 1. & 3/4.

Brundisium maximam diem habet  
hor. 15 fere. Et distat ab Alexandria  
versus occasum hor. 1 & 3/4.

Ancon maximam diem habet horarū  
15 3/4. Et distat ab Alexandria versus oc-  
casum hor. 1 1/2.

Rhauenna maximā diem habet hor.  
15 3/4. Et distat ab Alexandria versus oc-  
casum hor. 1. 3/4.

Aquilegia maximā diē habet ho. 15 1/2.  
Et distat ab Alexandria versus occa-  
sum hor. 1 1/2 1/4 fere.

Beneuentus maximā diē habet hor. 15.  
Et distat ab Alexandria versus occasum  
hor. 1 1/4.

Capua maximam diem habet hor. 15.  
Et distat ab Alexādrīa versus occasum  
hora 1. 3/4.

Cyni insulę

Valeria maiorē diem habet hor. 15. Et  
distat ab Alexandria versus occasum  
hor. 2. fere

Mariana maximā diem habet hor. 15.  
Et distat ab Alexādrīa versus occasum  
hor. 2. fere.

## AREA TABVLAE.

Sexta Europę tabula cōtinet a partib<sup>9</sup>  
27 1/2. vsq; ad ptes. 45. Et fit Lōgitudō  
partiū 15 1/2. Latitudo a partib<sup>9</sup> 37 1/2 3/4.  
vsq; ad partes 45 1/4. Et fit Latitudo  
partium 7 3/4 1/2.

TABV LA VI EVRO



VI. EVRO



14 pal. h. 15 1/2

45

Clima 5.

44

13 pal. h. 15 1/2

43

42

12 pal. h. 15 1/2

41

Clima 5 1/2


40

39

11 pal. h. 15 1/2

37 38 39 40 41 42 43

## TABV. VI. EVRO.



N HAC sexta Europe tabula Italia situat. Quæ olim Hesperia, ab Hespero Atlantis fratre dicta est. Siue (vt Macrobius inqt) ab Hespero stella, q̄ illi<sup>9</sup> occasui subiecta sit. Et est regio, metallis grauida, Vbiq̄ vitalis, et pennis salubritas, eximia cœli temperies, campi ferti-

litas, aprici colles, innoxij saltus, opaca nemora, munifica siluarum genera, mira frugum, vitium, et olearū fertilitas, nobilia pecori vellera, opima tauris colla, p̄spicui et piscosi lacus, flumina fontescq̄ saluberrimi, portus plurimi, ipsa auide, ad mortales iuuādos, in maria procurrēs, & velut gremium omniū gentiū cōmercio pandens, vt fere dicta sit a quibusdā, terrarum omniū alumna, atq̄ eadē parens, cœlestiū prouidentia electa, quę sparsa congregaret imperia, molliretq̄ efferatarū gentiū ritus, discordes ad colloquia linguas, munere litterarum, latinocq̄ sermone congregaret. Color Italis, & statura pene diuersa est in cisalpina Gallia, Venetoq̄ recessu. Color vulgo candidus, cult<sup>9</sup> & sermo accuratior. Contra in Hetrurię tractu latio, Campania, Lucinia, & Brutijs, capillus niger, breuior statura, & macilenta, sermo et cultus simplex. Omnia similia in Piceno, & his qui superi maris orā accolunt, in magnā Græciā vsq̄, nisi q̄ in Apulis, Calabris, et his qui extremā tenent Italiam, victus & sermo cum Græcis promiscuus durat. Tota Italia, vt omnis fere Europa, vno matrimonio semper contenta fuit. Italia hodie omnis, Christianā pietatem religiosissime obseruat, sacrorum cerimonia ex Rhomanę ecclesię instituto, nisi forte in vltima eius terre parte pauci gręcū seruēt ritū, et ipsi qdē Gręci generis vnū cōnubium Italis vt olim, sed citra repudiū, necq̄ id p̄mittitur, nisi magna de causa, Rhomanicq̄ p̄tōficis p̄missu. Triplici iure vtitur Italia, Pontificio, Cæsareo, & municipali. Constat hoc ex legibus. Quas alię ciuitates, alia sibi de causa condūt, ad bonum equūq̄ spectāt, ludicia rerū, ciuiliūq̄ negociorū hic iudicum ordines exercēt, illic magistrat<sup>9</sup>, nā non vna vbiq̄ est regiminis forma. Prima nobilitas militię, si foelix sit. Sequēs rei litterarię. Sacerdotiū magis q̄ nobile venerat. In claritudine literarū Theologi sibi partes vendicant. Secundas ab his, iuris sciencię periti. Sunt & Medici in admiratione, sed maiori questu. Mathematici, Dialectici, Astronomi, et poetę magis inter se clari, q̄ vulgo conspicui. Grāmatici extremi oīm, vt qui inter pueros cōsenescant. Est & sacris Oratoribus grande nomē, sed maior veneratio, ob pietatis studiū. Freq̄uentiori agūt teatro, q̄ forenses. Italarū itē varius amictus, centies maiori, q̄ victus sumptu consuet<sup>9</sup>. Sericis etenim stragulis non tm, sed & auro & cocco se vestiunt. Salutiū aut̄ exiguum satis largam exhibet refectionem.



# TABVLA VII. EVROPAE.

Hę sunt e cognitis totius orbis Prouintijs seu Prefecturis  
 quas septima Europę tabula complectitur.

Sardinia infula.

Sicilia infula.



EVROPAE  
 tabula septima  
 continet Sardi  
 niam et Sicilia  
 infulas.

Parallel<sup>9</sup> ipsius  
 medius ratio  
 nem habet ad  
 meridianū, quā quatuor ad quinque.

Circumscribitur autē tabula

Ab omni parte pelago.

Ab ortu Adriatico.

A meridie Africano.

Ab occasu Sardo.

A septentrionibus Ligustico & Tyr  
 rheno.

Sardinie infule

Sufaleos maximā diē habet ho. 14  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{2}$   
 Et distat ab Alexandria versus occasum  
 hor. 1  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{3}$ .

Carallis maximā diem habet ho. 14  $\frac{2}{3}$   
 Et distat ab Alexandria versus occa  
 sum hor. 1  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{3}$ .

Turris Byssonis maximā diem habet  
 horarū 14  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria  
 versus occasum hor. 2. fere.

Gurullis noua maximam diem habet

ho. 14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria versus  
 occasum hor. 2.

Sicilie

Lilybeum maximā diē habet ho. 14  $\frac{2}{3}$   
 Et distat ab Alexandria versus occasum  
 hor. 1  $\frac{2}{3}$ .

Syracuse maximā diē habet ho. 14  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{8}$   
 Et distat ab Alexandria versus occasum  
 hor. 1  $\frac{2}{3}$ .

Mesena maximā diē habet ho. 14  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{4}$   
 Et distat ab Alexandria versus occa  
 sum hor. 1  $\frac{2}{3}$ .

Centuripę maximam diem habent  
 hora. 14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria  
 versus occasum hor. 1  $\frac{2}{3}$ .

Segesta maximā diē habet hor. 14  $\frac{2}{3}$   
 et quid parū. Distatq; ab Alexandria  
 versus occasum hor. 1  $\frac{2}{3}$ .

Catana maximā diem habet ho. 14  $\frac{2}{3}$   
 Et distat ab Alexandria versus occa  
 sum hor. 1  $\frac{2}{3}$ .


## AREA TABVLAE

Septima Europę tabula cōtinet a parti  
 bus. 29  $\frac{2}{3}$ . vsq; ad partes. 40. Fit q; Lon  
 gitude partium 10  $\frac{2}{3}$ . Latitudo autem  
 a partibus. 35  $\frac{2}{3}$ . vsq; ad partes. 39  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{4}$ .  
 Fitq; Latitudo partium. 4  $\frac{1}{4}$ .

7



TABVLA VII. EVRO



Milia. 47.

Milia. 50.

si. parall.  
hns diem  
in xi. ho.  
14 1/4.

Cli. 4.

10. par.  
habes  
diem  
maxi.  
hora.  
.14. 1/2.



## TABV. VII EVRO.



**S**ARDIS Hercule procreatus, cum magna multitudine a Libya profectus, Sardiniam occupavit, et ex suo vocabulo insule nomen dedit. Hæc in Africo mari, facie vestigi humani, tam in Oriem, q̄ Occidentem latior prominet, q̄ ferme paribus laterib⁹, quæ in meridiem & septentrionem vergunt.

Terra patens in longitudine miliaribus. 140. In latitudine. 40. In ea neq; lupus, sed solifuga tm̄ animal exiguū, hominibus perniciosum. Venenum quoq; non nascitur ibi, nisi herba, per scriptores plurimos & poetas memorata, Apiastro similis, quæ hominibus risum contrahit, et quasi ridentes interimit. Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelam prebentes, furibus cecitatē, si sacramēto dato, oculos aquis eius tetigerint.


### DE CORSICA.

**C**ORSICAE Insule exordium Ligures dederunt, appellātes eā ex nomine ducis. Nam mulier quædā Ligur, Corsica nomine, cum taurum ex grege, quē prope littora regebat, transnatare solitum, atq; per interualla, corpore aucto, remeare videret, cupiēs scire incognita sibi p̄bula, taurū e ceteris digredientē, vsq; ad insulam, nauigio profecta est, cuius regressu, insulæ fertilitatē cognoscentes, ligneis ratib⁹ illic profecti sunt, eāq; nomine mulieris auctoris & ducis appellauerunt. Hæc Græce Cyrene dicit, a Cyreno Herculis filio inhabitata.

# TARVLA · VIII · EVROPAE

Hæ sunt e cognitis totius orbis Prouintijs seu Præfecturis  
quas octaua Europæ tabula complectitur.

Sarmatia in Europa.  
Taurica Cheronesus.



CTAVA Eu  
ropæ tabula con  
tinet Sarmatiã,  
quæ in ea est, et  
Tauricam Cher  
sonesum.

Parallelus ipsi  
medius, ratione  
habet ad meridianum, quam vñdecim  
ad viginti.

Terminatur aut tabula

Ab ortu Bosphoro cimerico, & Meo  
tide palude, ac Tanai fluuio, iuxta Sar  
matiam, quæ in Asia est.

A meridie pötico mari, & parte Mysie  
inferioris, et Dacia, ac Iacygibus Meta  
nastis;

Ab occasu montibus Sarmaticis appel  
latis, ac Germania, & Vistula fluuio.

A septentrionibus Venedico sinu, et Sar  
matico oceano, ac terra incognita.

Sarmatiæ insignes ciuitates

Tamyraca maximã diẽ habet horarũ  
æquinoctialium, 16. Et distat ab Alexan

dria versus occasum horæ vnius æqui  
noctialis parte. 13. fere,  
Naubarũ maximã diẽ habet hor. 16. 2.  
Et distat ab Alexandria versus occa  
sum horæ vnius parte. 12.

Olbia, quæ & Borysthenes, maximam  
diem habet hora. 16. & 4. Et distat ab  
Alexandria versus occasum horæ 6.

Tauricæ Cheronesi

Theodosia maximã diem habet hora.  
15. 2. 3. Et distat ab Alexandria versus  
ortum horæ vnius parte quinta, et aliqd  
plus.

Panticapæa maximã diem habet hor.  
15. 2. 3. 12. Distatq; ab Alexandria ad  
ortum quarta parte horæ vnius.

## AREA TABVLAR

Octaua Europæ tabula continet a par  
tibus. 42. 2. vsq; ad partes. 72. 2. Et fit  
Longitudo partium. 30. Latitudo a par  
tibus 46. 3. vsq; ad partes 63. Fitq; La  
titudo partium 16. 3.










## TABV. VIII. EVRO.



**D**OLONIA Europę regio, vasta et plana, vnde & hoc nomē accepit. Significat enim Sclauonica lingua, qua & ipsa vtitur, Pole planū, Sarmatia alio nomine vocata. Hęc Slesie ad orientem cōtermina est. Prutenis et Massouitis a septentrione. Ab oriente Ruthenis. A meridie Hungaro Carpatō monte, quem Crapat̄ accolę vocant, interiacēte. Hęc in partes duas diuiditur. Quarum quę Saxonibus, prutenisq; vicina est, maior Polonia dicit̄, Altera Hungaricę Russię obiecta, minor vocata. Regnum vniuersum, in quatuor velut regiones diuisum, quas in orbem rex quottannis inuisit. Singulę ternis mensib<sup>9</sup> alunt regem, regiūq; comitatum. Cæterum si casu conciliove is in vna regni parte diuti<sup>9</sup> esse pseuerauerit, nihil debet̄ ipsi ampli<sup>9</sup>. In Cracouia celebri & amplissima vrbe, regia est, totiusq; regni gaza. Ceterę ciuitates parum nitidę sunt, ex maceria domus fere omnes cōpositę, pleręq; luto collinitę. Plaga regionis nemorosa. Gens in vniuersum prudēs, multa q; comitate in hospites. Bibacissimū genus hominum, totius septētrionis, sed rarus vini vsus, ignotusq; gēti oīs vici nearum cultus. Fictitia ex tritico, alijsq; generibus seminū potio in vsu est. Solum ferax, triticoq; abundans. Est et pascuis idoneū, armēta late pascunt̄, Venatio multiplex. Equus siluester, ceruino cornu, bos ferus, quē Vrum vocant Rhomani. Plumbū dumtaxat ex omnibus metallis fodiunt Poloni, & salem saxorum duritię, nullūq; toto regno vberius vectigal. Mellis copia tam ingens, vt non satis illis atq; Ruthenis loci supersit, quibus illa recondāt, arbores nāq; montes, & siluę, aluearibus mellificantium nigricant. Litterarum figuratio & gentili, & Gręcanico mixta. Promiscuus & fidei ritus, in Rhomanū & Gręcū. Virorum & mulierum vestitus Gręcanico similis.





# TABVLA · IX · EVROPAE

Hę sunt e cognitis totius orbis Prouintijs seu Prefecturis  
 quas nona Europe tabula complectitur.

Iazyges Metanaste.  
 Dacia.  
 Mysia superior.  
 Mysia inferior.  
 Thracia.  
 Chersonesus.



EVROPAE ta  
 bula nona cōti  
 net Iazyges Me  
 tanastas, daciā,  
 vtrāq; Mysiā,  
 Thraciā, et cher  
 sonesum.

Medius ipsius  
 parallelus rationem habet ad meridia  
 num, quam. 43. ad. 60.

Terminatur autem tabula

Ab ortu pōtico mari, & Thracio Bos  
 phoro, atq; propōtide, et Hellepōto.  
 A meridie Aegeo pelago, & Macedo  
 nia.

Ab occasu Pannonia inferiori, ac Dal  
 matia.

A septētrionibus Sarmatia, quæ est in  
 Europa.

## Iazygum

Gormanum Iazygum maximā diem  
 habet hor. 16. Et distat ab Alexandria  
 versus occasum hor. 1.

## Dacie

Salinę maximā diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{2}{3}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occa  
 sum horę vnus  $\frac{2}{3}$ .

Zarnisegethusa regia maximā diem  
 habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexātria  
 versus occasum hor. 1. fere.

## Mysię superioris

Rhætiaria maximā diē habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occa  
 sum horę  $\frac{2}{3}$ .

Scupi maximā diem habēt hor. 15  $\frac{1}{6}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occa  
 sum horę  $\frac{2}{3}$ .

## Mysię inferioris

Odissus maximā diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occa

sum horę vnus partē tertiā.

Oescus maximā diem habet hor. 15  $\frac{3}{4}$   $\frac{1}{4}$   
 Et distat ab Alexātria vsus occasum  
 horę vnus partē  $\frac{2}{3}$ .

## Thracię

Aenus maximam diem habet hor. 15.  
 Et distat ab Alexātria vsus occasum  
 horę vnus  $\frac{1}{2}$ .

Apollonia maximam diem habet ho  
 rarum. 15  $\frac{3}{4}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria  
 versus occasum horę vnus  $\frac{2}{3}$ .

Constātinopolis, vel Bycantiū, maxi  
 mam diem habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab  
 Alexātria versus occasum hor. 12.

Perinthus maximā diē habet hor. 15  $\frac{1}{6}$ .  
 Et distat ab Alexātria vsus occasum  
 horę vnus  $\frac{2}{3}$ .

Nicopolis maximā diē habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ .  
 Et distat ab Alexātria vsus occasum  
 hor. 2.

Lysimachia maximam diē habet ho  
 rarū 15. Et distat ab Alexandria versus  
 occasum horę vnus  $\frac{2}{3}$ .

Pręconesus maximam diem habet ho  
 ra. 15  $\frac{1}{8}$ . Et distat ab Alexandria versus  
 occasum horę vnus tertiā fere partē.

## Chersonesi

Elæus maximā diē habet hor. 15  $\frac{3}{4}$   $\frac{1}{6}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occa  
 casum horę vnus  $\frac{2}{3}$ .

Sestos maximam diem habet hora. 15.  
 Et distat ab Alexandria vsus occasum  
 horę vnus  $\frac{2}{3}$ .

## AREA TABVLAE

Nona Europe tabula continet a par  
 tibus 42  $\frac{1}{2}$ . vsq; ad partes 57  $\frac{1}{2}$ . Et fit  
 Longitudo partiū 15. Latitudo a par  
 tibus 40  $\frac{2}{3}$ . vsq; ad partes 48  $\frac{1}{2}$ . Ficcq;  
 Latitudo partium 7  $\frac{1}{2}$   $\frac{2}{3}$ . 9





Maliaria 47

miliaria 47

dies h. 2  
16

CLIMA  
VII

dies h. 15  
CLIM. 6

hora 15

hora 15  
CLIM. V



## TABV. IX. EVRO.



VNGARIA nūc sane ea regio est, quæ olim Pannonia fuit, licet hæc hodie illius fines non omnino impleat, nec tã late quodã patuit, q̃p hodie Hūgaria. Enimvero a laytha flumine inferiorem tñ Pannoniam vsq̃ ad Sauum amnem complexa, vltra Danubium, Poloniã attigit,

terrãq̃ complectit̃, quã Gepidę et Daci tenuerūt. Patetq̃ imperium gentis, multo latius, q̃p terrę nomen. Erat hæc terra (vt prisci rerū scriptores habent) nouē circulis, quos Hagas Germanica lingua dicimus, circūdata. Quorum singuli ita stipitibus quernis siue fagineis vel abiegineis extructi erant, vt de margine ad marginem viginti pedū spacium tenderetur in latum, totidēq̃ erigeret̃ in altum. Ciuitas autem vniuersa, aut durissimis lapidib⁹, aut tenacissima creta repleret̃. Porro superficies vallorū corūdem integerrimis cespitibus tegetetur. Inter quorum confinia, arbustule plantate erant, quæ abscisę, proiectęq̃, vt plurimū herbas & frondes proferebant. De primo aut̃ circulo ad secundum, viginti miliaria teutonica protendebantur, et inde totidem ad tertiu, & ita vsq̃ ad nonū, q̃uis alius alio semper contractior erat. Intra hos aggeres vici villegq̃ ita constitute, vt ab vna ad aliam vox hominis audiretur. Aedificia validissimis muris præmunita. Portę non satis late, propter hanc causam, vt per eas latrocinandi gratia, quac̃uersum exire ingrediq̃ facile possent. Tubarū clangore vnus circul⁹, alteri cuiusq̃ rei certa signa dabat. Vrbs Hungarię regia, est Buda, a Buda Athilę fratre appellata, Ager regionis, quatenus incolit̃, tritico fertilis est. Auro atq̃ argento diues. Mirum est, qd̃ indigene narrant, esse in Pannonia riuum, in quo, si sepius ferrum mergatur, cuprum fieri. Viri vestes superne excuant, circa interscapiliū, linea subtus tunica circa collum & humeros quodã tenuis apparens, quam partem serico & auro fere omnes exornant, indifferens, in caliga, coturno superinducto. Capillos inungunt, concinnantq̃, lineo galericulo contegunt, raroq̃, nec nisi in ocio resoluunt. Qui mos & a plerisq̃ Germanis obseruatur. Muliebris vestitus strictior, et ad collum subductus, vt omnia tegantur, tñ lineę tuniculæ ora emineat, preciosissime ornata. Vestibus togã superinducūt. Serico caput, aut lineo componūt velamie, ac præter oculos & nasum, cetera fere abscondūt. Gemmis et margaritis vulgo vtunt̃. Coturno calceant, viri foemineq̃, ad media crura inducto. Annum lugēt defunctos, et quosdam biennio. Barbam rasitant, præterq̃ superiori labro. Orthodoxę fidei cultus ex lege iudicant.

# TARVLA · X · EVROPAE

He sunt e cognitis totius orbis Prouintijs seu Prefecturis  
quas decima Europe tabula complectitur.

Macedonia. Epyrus. Achaia. Peloponesus. Creta insula.



EVROPAE  
tabula decima,  
in qua & finis  
ipsius, continet  
Macedoniam,  
Epirū et Acha-  
iam, Pelopone-  
sumq; & Cre-

tam insulam, & Euboiam, cū insulis  
adiacentibus.

Medius eius parallelus, rationē habet  
ad meridianum, quā septem ad nouē.

Terminatur aut tabula

Ab oriente Aegeo pelago, Myrtoocq;  
et Carpathio.

A meridie Adriatico pelago, & Li-  
byco.

Ab occidēte Ionio pelago, et Adriatico  
A septem trionibus aut Dalmatia, et  
Mysia superiori, & Thracia.

Macedonię ciuitates insignes  
Dirrachium maximā diem habet ho-  
rarū. 15. Et distat ab Alexandria versus  
occasum hora. 1.

Thessalonica maximam diem habet  
hora. 15. Et distat ab Alexandria versus  
occasum hor. 3.

Amphipolis maximam diem habet  
hor. 15. Et distat ab Alexandria versus  
occasum horę vnus 3.

Heraclea maximā diem habet hor. 15.  
Et distat ab Alexandria versus occa-  
sum horę vnus 2 3/4. fere.

Pella maximam diem habet horarū. 15.  
Et distat ab Alexandria versus occa-  
sum hor. 3.

Larissa Pelasgiensium maximā diem  
habet hor. 14 2/3. Et distat ab Alexan-  
dria versus occasum horę vnus 3.

Casandria maximā diē habet hor. 15.  
Et distat ab Alex. versus occasū hor. 2.

Lemnos insula maximam diem habet  
hora. 15. Et distat ab Alexandria versus  
occasum hor. 2.

Epiri ciuitates insignes

Nicopolis maximam diem habet ho-  
ra. 14 2/4. Et distat ab Alexandria vsus  
occasum hor. 2 3/5.

Ampracia maiorem diem habet hora-  
rū 14 2/4. Et distat ab Alexandria ver-  
sus occasum hor. 2 3/5. fere.

Corcyre insule ciuitates insignes  
Ciuitas eiusdem nominis maximā diē

habet ho. 14 2/4 fere. Et distat ab Ale-  
xandria versus occasum horę. 1. fere.

Cephalonia insula maximā diē habet  
hora. 14 2/12. Distatq; ab Alexandria  
occasum versus hor. 2 3/5.

Achaie ciuitates insignes

Thebe Beotie maximam diem habet  
hor. 14 2/4. fere. Et distat ab Alexan-  
dria versus occasum hor. 2.

Megara maximā diē habet ho. 14 2/12.  
Et distat ab Alexandria versus occasum  
hor. 2. & 3/5.

Athene maximā diē habet ho. 14 2/8.  
Et distat ab Alexandria versus occa-  
sum hor. 2.

Peloponesi ciuitates insignes

Mesena maximā diē habet ho. 14 3/12  
Et distat ab Alexandria versus occa-  
sum hor. 3.

Corinthus maximam diem habet ho-  
rarū. 14 2/12. Et distat ab Alexandria  
versus occasum hor. 2.

Tegea maximā diē habet hor. 14 2/2. Et  
distat ab Alex. vsus occasum hor. 3.

Argos maximā diem habet hor. 14 2/2.  
Et distat ab Alex. vsus occasum hor. 2.

Lacedemon maximam diem habet ho-  
rarū. 14 3/12. Et distat ab Alexandria  
versus occasum hor. 3.

Euboie insule ciuitates insignes

Chalcis maximā diē habet ho. 14 2/4.  
Et distat ab Alexandria versus occa-  
sum hor. 3 1/2.

Caristus maximā diem habet ho. 14 3/3  
Distatq; ab Alexandria, occasum vsus  
hor. 3.

Crete insule

Gortina maximā diem habet ho. 14 3/5.  
Ac distat ab Alexandria versus occa-  
sum hor. 3 3/5.

Cnosus maximā diē habet ho. 14 3/12.  
Distatq; ab Alexandria vsus occasum  
tertia parte horę vnus.

## AREA TABVLAE

Decima & vltima Europe tabula con-  
tinet a partibus 44 6. vsq; ad partes  
55 2/3. Et fit Longitudo partiū. 11 2/3. La-  
titudo a partibus 34. vsq; ad partes 42.  
Fitq; Latitudo partiū. 8.

Sunt igit Europe Tabule decem.  
Prouintiae. 34.  
Ciuitates. 118.





42 43 44 43 44 44

TRACIE PARS

ASIE MINORIS PARS

MARE AEGEVM

HELES PONT

LES BOS

Syrros

INSVLE CICLADES

MARE MIRTHOVVM

MARE CETICVM

CARPATICVM MARE

42  
41  
40  
39  
38  
37  
36  
34

42 43 44 44 46 47

TABV. X. EVRO.



**T**HESSALIA a Thessalo rege dicta est, quæ ad meridianam plagam, Macedoniae coniuncta est, cuius a tergo Epirus est. Multa sunt in Thessalia flumina & oppida. Inter quæ præcipua Thessalonica. Ibi est et mons Parnasus, quondam Appolini consecratus. Thessalia patria

Achillis, & origo lapitharum fuit. De quibus fertur, quod hi primo equos frenis domuerunt, unde et Centauri dicti sunt. In Thessalia primi solidi aurei facti sunt, domadorum quoque equorum usus primum repertus est.

DE MACEDONIA.

**M**ACEDONIA in exordio ab Emathio rege, Emathie nomen habuit, sed Macedo Deucalionis maternus nepos, postquam ibi accepit principatum, mutavit vocabulum, Macedoniamque a suo nomine dixit. Patria magni Alexandri, & regio, aureis venis, argenti quoque opima. Lapidem quem Pyriten vocant, ista gignit. Mons Olympus in ea est, qui excellenti vertice tantus attollitur, ut in cacumine eius nec nubes, nec venti sentiantur.

DE ACHAIA.

**A**CHAIA ab Acheo rege, & urbs, & prouincia eius appellata est. Hæc Peninsula est. Huius caput est urbs Corinthus, Græciæ decus. Archadia pars Achaie est, ut platani folium, inter Ionium & Aegeum mare ab Euro exposita, quam Arcas Iouis & Caliste filius, Pelasgis in dedicatione redactis, ex suo nomine Archadiam nuncupauit. Ipsa est & Sicione, a Sicione rege dicta. Habet autem fluvium magnum Eurotum, Abeston quoque lapidem, qui semel accensus, nunquam extinguitur. Candidissime etiam merule ibi nascuntur.



# PRINCIPIVM APHRICAE

Hę sunt e cognitis totius orbis Prouintijs seu Prefecturis  
quas prima Aphricę tabula complectitur.

Mauritania Tingitana.  
Mauritania Cęsariensis.

## Tabula .I. Aphricę.

**D**RIMA Aphricę tabula cōtinet  
ambas Maurita  
nias, Tingitanā,  
et Cęsariensem.  
Parallelus ipsi  
medius, rationē  
habet ad meri  
dianū, quam tredecim ad quindecim.

Terminatur autē tabula

Ab ortu Aphrica.

A meridie, interiori Libya, iuxta Getu  
liam.

Ab occasu occidentali oceano.

A septentrionibus freto Herculeo, et  
Iberico pelago, & Sardo.

Mauritanicę Tinganicę  
ciuitates insignes

Tingis maximam diem habet horarū  
æquinoctialiū. 14  $\frac{2}{3}$  fere. Et distat ab  
Alexandria versus occasum hor. 3  $\frac{2}{3}$ .

Lix maximā diem habet hor. 14  $\frac{2}{3}$ . Et  
distat ab Alexandria versus occasum  
hor. 3  $\frac{2}{3}$ .

Volubilis maximā diē habet hor. 14  $\frac{2}{3}$   
Et distat ab Alexandria versus ortum  
hor. 3  $\frac{2}{3}$  fere.

Zelig maximā diē habent hor. 14  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{2}$ .

Et distat ab Alexandria versus occa  
sum hor. 3  $\frac{2}{3}$ .

Cęsariensis ciuitates insignes

Cartenā maximā diem habet hor. 14  $\frac{2}{3}$   
Et distat ab Alexandria versus occa  
sum horis. 3.

Julia Cęsarea maximam diem habet  
horarū. 14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria  
versus occasum hor. 2  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{3}$ .

Salde maximā diem habent hor. 14  $\frac{2}{3}$ .  
Et distant ab Alexandria versus occa  
sum hor. 2  $\frac{2}{3}$ .

Oppidium nouum maximam diem  
habet hor. 14  $\frac{2}{3}$  fere. Et distat ab Alexā  
dria versus occasum hor. 2  $\frac{2}{3}$  fere.

Zuchabari maximam diem habet ho  
rarū. 14  $\frac{2}{3}$  fere. Et distat ab Alexandria  
versus occasum hor. 2  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{3}$ .

Tubus iustus maximam diem habet  
hor. 14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexā dria vsus  
occafum hor. 2  $\frac{2}{3}$  &  $\frac{1}{2}$ .

### AREA TABVLAE

Prima igit Aphricę tabula continet a  
partibus. 5. vsq; ad partes. 27  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{3}$ . Et fit  
Longitudo partium. 22  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{3}$ . Latitudo  
a partibus. 26. vsq; ad partes. 36. Fiteq;  
Latitudo partium. 10. 11



TABVLA PHRI

